

Via Crucis) retineri quatuordecim icones vel tabulae depictae stationes representantes Viae Crucis; sed quatuordecim cruces prius benedictae supra quamlibet iconem, vel tabulam depictam sunt collocandae, et retinendae. Non enim benedicuntur icones, sed cruces ad acquirendas indulgentias eidem exercitio adnexas.

Ad 2. Non est de necessitate praecipiti, ut ad acquirendas indulgentias incipiendum sit pium exercitium Viae Crucis a cornu Evangelii; haec tamen est consuetudo, ac praxis generalis, quae piis est innixa congruentiae rationibus.

In quorum fidem, etc.

(17. *Dubia de stationibus Viae Crucis.*

Beatissime Pater,

Fr. Sigismundus sacerdos, et concionator Capuccinus, Helveticae provinciae Alumnus, pedibus S. V. humillime provolutus, solutionem sequentis dubii enixe exoptulat; nempe Summus Pontifex Benedictus XIV. a suis monitis ad recte peragendas Viae Crucis stationes, editis die 10 Maii 1742, et praecipue sub numero VII, sic ait: — VII. « Che essendo eretta la Via Crucis nella Chiesa, per quel tempo degli uffizi divini, e della S. Messa, e quando in chiesa vi sia tal concorso di popolo, che possa cagionar tumulto, e disturbo, si astengano di praticarla, tanto maggiormente, che non essendovi impedimento, si devono visitare ad una ad una le stazioni. » — Ex hujus moniti conclusione dubium oritur; unde quaeritur: Utrum Christianifideles, in magno populi concursu, maxime cum ecclesia repleta, et compressa sit devotis, possint sine corporis motu de loco in locum indulgentias Viae Crucis lucrari?

Ex sacra congregatione Indulgentiarum sacrisque reliquiis praeposita ad praefatum dubium responderetur.

Negative. Singula enim Summorum Pontificum decreta affirmant, inter alias conditiones pro acquirendis stationum Viae Crucis indulgentiis necessario requiri aliquem corporis motum, ut clarius declaratum est ab hac sacra Indulgentiarum congregatione die 30 Septembris 1837. — « Che si passi da una stazione all'altra per quanto permette o la moltitudine delle persone che la visitano, o la ristrettezza del luogo, dove sono erette.... »

In quorum fidem.

Datum Romae ex secretaria ejusdem S. congregationis Indulgentiarum die 26 Februarii 1841.

(18. *Dubia de erectione Viae Crucis.*

Eminentissime ac reverendissime domine, Vicarius generalis dioecesis Apamien. (Pamiers in Galliarum regno) pro tranquillitate suae conscientiae, reverenter exoptulat ab R. V. R. an pro validitate erectionis Viae Crucis, et ad lucrandas indulgentias ipsi adnexas, sit absolute necessarius processus verbalis ab episcopo, vel ab ejus vicario conficiendus, an sufficiat facultas a S. Sede per rescriptum obtenta, etc.

Sacra congregatio Indulgentiarum sacrisque Reliquiis praeposita, in una Bituricen. die 28 Septembris 1838, simili dubio respondendum censuit.

Circa erectionem stationum Viae Crucis, impetratis antea ab Apostolica sede necessariis et opportunis facultatibus, « omnia ac singula, quae talem erectionem respiciunt, scripto fiant, tam nempe postulatio, quam erectionis ejusdem concessio, quarum instrumentum in codicibus archiepiscopatus remaneat, et testimonium saltem in codicibus parociae seu loci ubi fuerit erectum hoc pium exercitium, inferatur. »

In quorum fidem.

Datum Romae ex secretaria ejusdem S. congregationis Indulgentiarum, die 25 Septembris 1841.

(19. *Dubia de aliq. crucibus remotis Viae Crucis.*

Beatissime Pater,

Sacerdos N. Delautre vicarius generalis dioecesis Cameracen. devote quaerit, utrum indulgentiae, quae lucrantur in contemplatione stationum Viae Crucis, cessent, si quaedam tabulae vel cruces, non omnes, neque major pars, tollantur vetustatis causa, et in earum locum absque facultate Pontificia novae tabulae, vel cruces substituuntur; et in casu quod non cessent, quaerit, utrum novae praefatae tabulae vel cruces gaudeant indulgentiis quibus gaudebant veteres. Quod, etc.

Ex sacra congregatione Indulgentiarum sacrisque Reliquiis praeposita.

Cum ad lucrificiendas indulgentias, quae pro stationum Viae Crucis visitatione conceduntur, minime requiratur tabularum erectio; sed crucium, proindeque si ob vetustatis causam ipsae tabulae removeantur, pro ipsarum stationum contemplatione, ac in earum locum etiam absque Pontificia facultate novae tabulae substituuntur, indulgentiarum concessio perseverat, imo etsi Cruces ipsae, quae necessario requiruntur, ob eandem rationem, vetustate scilicet labentes, renovari debeant, dummodo de ipsis non sit major pars, nec nova erectione indigetur, nec indulgentiarum beneficium amittitur.

Datum Romae ex secretaria ejusdem S. C. I. die 13 novembris 1837.

Loco ✕ sigilli.

N. Cinnasi secretarius.

(20. *Dubii propositi alla S. Congregazione delle Indulgenze, e S. Reliquie, da Monsignore vescovo Cardicense, e coadjutore di M. vicario Apostolico del Xansi nella Cna.*

1. Utrum Hierosolymorum coronae indulgentias amittant, si alicui donentur.

Resp. *Affirmative*; quoties non dentur immediate, vel mediate a persona facultatem habente eas distribuendi.

2. Utrum post mortem domini, a ter acquirat dominium earum, nempe indulgentiarum.

Resp. *Negative*: quia indulgentiae non

transeunt personam prioris domini, ex praemissis.

3. Si rumpatur illarum filum, sive voluntarie, ut catenis neclantur, sive involuntarie et fortuito id accederit.

Resp. *Negative*. Ratio est, quia coronae eadem adhuc perseverant quoad formam moralem.

4. Si globuli quatuor, vel quinque deperdantur.

Resp. *Negative* ob rationem allatam in praecedenti dubio.

5. Si amico praestentur, seu commodentur, sive ad earum Coronam simpliciter recitandam, sive ad Indulgentias lucrandas:

Resp. *Negative* in primo casu, *affirmative* in secundo. Ut enim pereant indulgentiae coronis, aliisque rebus mobilibus affixae, requiritur finis dandi, vel praestandi pro communicatione Indulgentiarum, sicuti expresse legitur in elencho Indulgentiarum typis impresso, et a sacra congregatione approbato.

Datum Romae ex secretaria S. congregationis Indulgentiarum die 17 Januarii 1839.

(21. *Sacra Congregationis Indulgentiarum, ac SS. Reliquiarum praeposita, nonnulla proponuntur dubia de more solvenda. Instante presbytero Thavenet congregationis presbyterorum S. Sulpitii.*

Dubium primum. Ad acquirendas indulgentias pro recitatione precatationis *Angelus Domini* quid faciendum sit tum cum aliquis infirmitate detentus, lecto tenetur, vel sedens, sive tum cum ad signum tintinnabuli pro recitatione *Angelus Domini* sese inveniet una cum aliis in via ad hanc recitationem minime dispositis.

Dubium secundum. Domibus religiosis, in quibus moniales, vel religiosae quaecunque meridie prandunt, et in commune recitant precatationem *Angelus Domini*, oportet nec ne, ut illico, et immediate ante, vel post prandium recitetur eadem precatationem?

Dubium tertium. *Angelus Domini*, etc. Dominicis recitatur stando, Dominica incipit Sabbato post vespere; Vespere dicuntur ante meridiem in Quadragesima; Sabbatis Quadragesimae incipitur nec ne meridie ad recitandum stando dictam precatationem?

Ex Secretaria sacrae congregationis Indulgentiarum die 18 Februarii 1835. Ad primum. Juxta litteras Apostolicas Summi Pontificis Benedicti XIII, sub datum Romae 14 Septembris 1724, quae incipiunt *Injuncta Nobis*, praescribitur, precatationem *Angelus Domini*, flexis genibus recitandam esse, exceptis Dominicis, incipiendo Vespere Sabbati, quibus recitari debet stando, nec non tempore Paschali, quo intervallo, loco dictae precatationis, substituenda est Antiphona *Regina Caeli*: imperiti vero pro ipsa Antiphona precatationem *Angelus Domini* recitare poterunt ad formam Declarationis S. M. Benedicti XIV, die 20 Aprilis 1742. Summa haec est Apostolicarum concessionum, proindeque.

Animadvertere hic praestat, ad sacras indulgentias acquirendas, adimpleantur oportet opera injuncta, tam quoad tempus et modum, quam quoad finem etc. juxta tenorem in omnibus, et per omnia cujuscunque concessionis, ex. gr., « flexis genibus, vel stando ad sonitum tintinnabuli statutis diebus et horis, etc. »

Quod si aliquod ex operibus injunctis, vel omnino, vel in parte notabili, sive per inscientiam, negligentiam, impotentiam, vel quancunque alia causa non servetur, aut praetermittatur, indulgentiae minime acquiruntur.

Ad secundum. Religiosi utriusque sexus in communi vita degentes, tum cum pulsaverit signum tintinnabuli, ad recitationem praedictam impediti, acquirere poterunt indulgentias concessas, dummodo post quocunque exercitium a regulis, vel praxi communitalis de more statutum, illico et immediate, precatationem *Angelus Domini*, vel antiphonam *Regina Caeli* recitaverint, ad formam declarationis S. congregationis Indulgentiarum, die 5 decembris 1727. annuente Summo Pontifice Benedicto XIII. Proindeque, etc.

Ad tertium. Nihil ponit inesse ritus Ecclesiae, quoad vespere persolvendas ante meridiem in feriis Quadragesimae; idcirco responsum, ut in primo dubio. Proindeque, etc.

(22. *Dubia de Benedictione Apostolica post Missarum solemniam.*

Beatissime Pater.

Lemovicensis episcopus a praedecessore vestro S. memoriae Leone PP. XII, obtinuit facultatem impertiendi Benedictionem Apostolicam una cum plenaria indulgentia post missarum solemniam, atque hac facultate bis quotannis pergrate utitur.

Sed in ritu, et formula Benedictionis Apostolicae praescribitur inter caetera ut legantur Litterae Apostolicae ad hoc concessae ante benedictionem impertiendam, atque etiam ut post benedictionem impertitam publice recitetur latino, et vernaculo idiomate, concessio plenariae indulgentiae.

Mos autem in Ecclesia Lemovici a multis annis est, ut lectio Litterarum Apostolicarum supprimatur, ne diutius populus in ecclesia retineatur, loco vero *Litterarum* legitur latine et vernacule formula: *Attentis facultatibus*, etc., ut de delegatione constet...

Postulat humillimus orator, an hic ritus, et forma impertiendi Benedictionem Apostolicam sufficiat ad lucrandam indulgentiam plenariam, etc.

Sacra congregatio Indulgentiarum ad propositum dubium sic respondendum esse censuit:

Ritum, et formam, de quibus in precibus, attenda rationabili causa supra exposita, revera sufficere ad lucrificandam indulgentiam Apostolicae Benedictionis, dummodo per formulam, *Attentis facultatibus*, etc. Fidelibus constet ex Pontificia delegatione tantum impertitam fuisse. In quorum fidem, etc.

Datum Romae ex secretaria ejusdem S.

congregationis Indulgentiarum die 30 Junii 1840.

(23. *Dubia de indulgent. concessis Regular. O. M. S. Francisci.*

Eminenze reverendissime,

Il sacerdote Minor riformato Fr. Paolo di Piacenza, affine di poter con sicurezza rispondere alle frequenti dimande dei signori parrochi, e preti delle varie diocesi traspadane, implora dalla sacra congregazione delle Indulgenze, e Reliquie la soluzione del seguente quesito:

Se nelle Chiese Francescane, che sono state tolte all'ordine dalla soppressione Gallica, e che si tengono ora dai preti, senza che però i frati vi abbiano rinunziato in alcun modo ai loro diritti, si possano acquistare dai fedeli le indulgenze del perdono di Assisi, e le altre tutte concesse alle medesime in vigore de' privilegi dell'ordine?

Si noti, che in quelle regioni si tiene comunemente la sentenza affermativa, e si dice di più, che il Sommo Pontefice Pio VII abbia dato una qualche dichiarazione in proposito, ma non si sa dire qual sia?

Sacra congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis præposita, ad præfatum dubium respondendum putavit:

Non constare de Summi Pontificis Pii VII, San. Mem. declaratione, ac proinde:

Negative. Pro iis vero locis, ubi affirmativa sententia tenetur, ne scandalum in Fideles oriatur, recurrendum erit ad Sanctam et Apostolicam Sedem pro ipsius indulgentiæ vulgo Portiunculæ concessione, exposita tamen causa in allato Dubio citata.

In quorum fidem, etc.

Datum Romæ ex secretaria S. congregationis Indulgentiarum die 29 Maii 1841.

(24. *Dubia de Indulgent. concessis ordini Trinit.*

Eminentissimo principe,

Antonio Michele, vicario generale capitulare, e superiore delle Dame Trinitarie di Valenza in Francia, umilmente supplica l'E. V. R. a degnarsi rispondere alle domande seguenti:

1. Se le Dame Trinitarie sparse in diverse diocesi di Francia possono pubblicare nelle loro chiese tutte le indulgenze, che sono state concesse al loro ordine per S. Giovanni di Mata sin al dì d'oggi, attesa la revoca, che molto tempo fa fece il PP. Paolo V. della maggior parte delle indulgenze concesse a' diversi ordini religiosi?

E se queste indulgenze esistono ancora, ove possono indirizzarsi per ottenere la facoltà di pubblicarle?

C'è da osservare, che queste indulgenze furono concesse non solo alle religiose soprannominate, ma ancora a tutte quelle che sono ricevute come terziarie, portando l'abito, ed a altri semplici fedeli.

2. Se le persone che ottengono diverse facoltà da Roma, vale a dire, altare privilegiato, erigere un certo numero di *Via Crucis*, benedire croci, corone, crocifissi, medaglie,

possono servirsi di queste facoltà, senza prima farli vedere al vescovo diocesano, allorchando il rescritto non ne fa menzione?

3. Non essendosi mai conformato in Francia, come pure nella diocesi di Valenza, al modo d'erezione prescritto dalla bolla d'Alessandro VIII, riferita nel Ferraris, per erigere qualunque siasi confraternita, si domanda, se queste confraternite sono validamente erette, avendo domandato a quest'effetto a Roma un indulto dietro al quale ci siamo diretti: Il processo verbale d'ogni erezione è stato fatto in ogni parrocchia, e sottoscritto da noi.

4. Siccome la confraternita del S. Scapolare si propaga d'un modo assai maraviglioso nella nostra diocesi, diverse volte è accaduto, che certi curati dovendo ascrivere in un momento centinaia di persone, hanno creduto far bene, nell'atto di dar il S. Scapolare, di recitare al plurale la piccola formula *Accipe vir devote*. Questo è egli lecito?

5. C'è stato riferito, che certi curati della nostra diocesi, nell'atto di dare l'indulgenza plenaria in *articulo mortis*, non facevano recitare il *Confiteor*, perchè si era già recitato nel dar il sacramento; si domanda se così basta?

6. Quando si danno il S. Viatico, e l'Olio Santo, insieme con l'indulgenza in *articulo mortis*, è forse necessario il ripetere 3 volte il *Confiteor*?

7. Si domanda se un ammalato può ricevere le indulgenze in *articulo mortis* da diversi sacerdoti, che avrebbero quella facoltà?

8. Se un sacerdote, nell'applicar l'indulgenza plenaria, trascurasse di servirsi della formula prescritta dal Papa (per non aver il libro) sarebbe ella valida?

9. Diversi sacerdoti della diocesi, avendo avuto cognizione, che il Sommo Pontefice felicemente regnante non concedeva mai la facoltà di benedire, e indulgenziare croci, medaglie, corone ec... per tutta la vita, sono molto angustiati per tali poteri ottenuti sotto il pontificato di PP. Leone XII. sapendo d'altronde, che per inavvertenza, o per qualche malinteso avrebbero potuto essere malamente istruiti.

Sacra congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis præposita, ad præfata dubia sic respondendum esse censuit:

Ad 1. *Negative.* Possunt tamen promulgare indulgentias tantum eorum ordini concessas, juxta Summarium recens constructum ab hac S. congregatione, ab eaque approbatum, non obstante revocatione S. M. Pauli V. dummodo vero canonice fuerint receptæ.

Ad 2. *Negative* quoad *Via Crucis* erectionem: *affirmative* relate ad alias facultates, nisi aliter dispositum in obtentis concessionibus.

Ad 3. *Affirmative* quoad validitatem, extante jam S. Sedis Indulto derogatorio bullæ Clement. VIII.

Ad 4. *Affirmative* juxta præpositam ru-

brica in precibus benedictionis S. Scapularis

Ad 5. *Negative* juxta praxim et rubricas: nisi necessitas urgeat.

Ad 6. *Affirmative* secundum praxim et rubricas.

Ad 7. *Negative* in eodem mortis articulo.

Ad 8. *Negative*; quia formula non est tantum directiva, sed præceptiva.

Ad 9. Cum gratiæ, et privilegia non exspirant morte concedentis, nisi ab habente eandem potestatem revocata individualiter fuerint; hinc dicti sacerdotes gaudeant impetratis, usque dum non sint revocata.

In quorum fidem, etc.

Datum Romæ ex secretaria ejusd. S. congregationis Indulgentiarum die 5 Februarii 1841.

Loco ✕ sigilli.

N. Gymnasi secretarius.

(25. *Dubia de Scapulari.*

Beatissime Pater,

Martinus Calmet, Eminentiss. cardinalis Principis de Croy archiepiscopi Rothomagen. in Gallia, vicarius generalis, ad pedes S. V. provolutus, humillime exponit quod diversi auctores Galli de parvo B. V. M. habitino, seu scapulari Carmelitano scripserint verba non consentientia; dicunt alii quod ad consequendum privilegium illud *Sabbatinum* Confratres Carmelitani debeant recitare quaque die septies *Pater* et *Ave*; contendunt alii necessariam non esse illam Orationis Dominicæ, et Salutationis Angelicæ recitationem, sed esse recitandum parvum B. V. Mariæ officium, vel saltem, dispensatione integre recitationis a Confessario facta, recitari debere quamdam hujus officii partem, v. g. canticum *Magnificat*, hymnum *Ave Mariæ Stella*, et antiphonam *Salve Regina*. Inde et fideles, et ipsi sacerdotes hærent incerti non sine magno tam præclaræ devotionis detrimento.

Sequentia igitur humillimus orator ad S. V. pedes hæc deponit dubia solvenda.

1. Utrum ad consequenda privilegia Carmelitana, præsertim illud quod vulgo dicitur *Sabbatinum*, teneantur Confratres Carmelitani illi, qui non recitant Officium divinum, septies quaque die recitare *Pater*, et *Ave*?

2. Utrum ad eadem consequenda privilegia teneantur prædicti Confratres parvum B. V. Mariæ officium recitare?

3. Utrum confessarius Carmelitanus, vel ubi Carmelitanus non est, qui admittendi fideles ad confraternitatem Carmelitarum potestate donatur, possit dispensare ab integra prædicti Officii recitatione cum iis quos prudenter judicat esse impeditos, ita ut istis sufficiat, servatis aliunde servandis, recitare *Magnificat*, *Salve Regina*, et *Ave Mariæ Stella* ad obtinenda prælaudata illa privilegia.

4. Utrum jus illud dispensandi, de quo agitur in præcedenti dubio, cuicumque competat, ubi non sunt Carmelitani, confessario confraternitatis quidem Carmelitanæ so-

cio, sed non habenti potestatem prædictum habitum fidelibus imponendi, nec non etiam confessario qui confrater *Carmelitanus* non esset, utpote cui habitus ille numquam fuisset impositus. Et Deus, etc.

Sacra congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis præposita, ad similia dubia alias respondit sub diebus 12 Februarii, et 12 Augusti 1840, nempe:

Posse fideles confraternitati S. Scapularis adscriptos frui omnibus indulgentiis a Summis Pontificibus concessis utriusque sexus Christifidelibus qui dictam confraternitatem ingredientur et habitum legitime receperint, licet nec servent abstinentiam a carnibus feria quarta, nec septies in die recitent Orationem Dominicalem, et Angelicam salutationem; dummodo dicant orationes præscriptas, et peragant opera pia a Summis Pontificibus in concessione earumdem injuncta, inter quæ illud locum habet, ut parvum Scapulare deferant continuo pendens a collo, unaque sui parte pectus, et altera scapulas contegens.

Et rursus: Accedente gravi impedimento, non teneri confratres, neque ad jejunia, neque ad recitationem Horarum Canoniarum, aut Officii parvi B. M. V. neque ad abstinentiam diebus Mercurii et Sabbati. Consulendi tamen fideles, ut hoc in casu se subjiciant iudicio docti et prudentis confessarii pro aliqua commutatione impetranda.

In quorum fidem, etc.

Datum Romæ ex secretaria ejusdem S. congregationis Indulgentiarum, die 7 Septembris 1840.

(26. *Indulg. concess. a Ben. PP. XIV. pro ultim. tribus dieb. Hebdom. Sanctæ.*

Essendosi degnata la Santità di Nostro sig. Papa BENEDETTO XIV approvare e confermare il Decreto della sacra congregazione delle Indulgenze e sagre Reliquie emanato ad istanza dei devoti delle anime del purgatorio, sotto li 6 di Aprile dell'anno 1745, in vigore del quale si concede l'indulgenza di sette anni, ed altrettante Quarantene con la facoltà di poterla applicare per modo di suffragio alle sudette anime del purgatorio, a tutti li fedeli dell'uno e dell'altro sesso, i quali o nell'Italia, o nell'isole adjacenti nelli tre ultimi giorni della Settimana Santa, cioè Giovedì, Venerdì, e Sabato Santo devotamente si occuparono per lo spazio d'un'ora continua in orazione o mentale, o pure vocale o prò de' fedeli defonti; Con potersi conseguire l'accennata indulgenza in ciascheduno de' detti giorni dalla stessa persona. Pertanto si rende consapevole ogn'un de' fedeli di sì inestimabile tesoro nuovamente dispensato da Nostro Signore, e si raccomanda alla loro pietà l'appcarsi di proposito a sì devoto esercizio non meno meritevole per essi, che profittevole alle anime purganti, alle quali ne' tre succetti giorni manca il consueto suffragio del sagrosanto Sacrificio dell'altare. Data questo dì 14 Marzo 1749.

FR. G. A. CARD. VICARIO.

Gasparo Arciprete Ori segretario.

(27. *Dubia circa congreg. Tertiiorum S. Francisci. Faventin. Decretum.*

Cum congregatio quædam tertiiorum S. Francisci in ecclesia S. Antonii Patavini, civitatis et diocesis Faventinæ canonice reperitur erecta sub cura et directione Minorum Reformatorem, et inde PP. Minorum Conventualium, ac iterum tandem Minorum Observantium, qui aliquibus de causis sacra in dicta ecclesia non amplius facientes, minime vero regimen et auctoritatem amittentes, sæculares sacerdotes in administratione ecclesiæ in spiritualibus substituerunt.

Non obstante autem regimine, auctoritate et directione fratrum Minorum Observantium hujus præfatæ congregationis tertiiorum, dubitatum tamen fuit, indulgentias non modo pro tertiariis, verum etiam pro omnibus Christifidelibus in ecclesia existisse, præsertim vero dubium invaluit circa indulgentias portiunculæ nuncupatæ.

Hinc proposito huic S. congregationi Indulgentiarum triplici dubio, videlicet:

1. An apponere ad januam ecclesiæ tabellam annuntiantem indulgentias in festis ordinis, ut fideles omnes, et tertiarii eas consequi possint, amplius liceat.

2. An ecclesiæ præfatæ S. Antonii, Calendario S. Francisci, ac Missali Seraphico uti permissum sit.

3. An fideles, etiam non tertiarii, prælaudatam ecclesiam visitando die 2 Augusti, indulgentia portiunculæ appellata, frui possint, et valeant.

Eadem S. congregatio Indulgentiarum, auditis consultorum votis, ac re mature pensata, sic ad tria supra enuntiata quæsitâ respondendum censuit; et quoad primum:

Non licere apponere ad januam templi S. Antonii Faventiæ tabellam describentem Indulgentias in festis ordinis Minorum S. Francisci.

Ad secundum. *Affirmative* pro tertiariis dumtaxat, *negative* vero pro iis qui tertio Ordini non sunt adscripti.

Ad tertium. *Affirmative* pro tertiariis; *negative* quoad omnes Christifideles.

Factaque de his omnibus per me infra scriptum ejusdem S. Congregationis secretarium relatione SS. Domino Nostro in audientia diei 24 Maii 1819, Sanctitas Sua ipsius S. congregationis votum benigne approbavit.

Datum Romæ ex secretaria ejusdem S. congregationis Indulgentiarum, die 25 Maii 1819.

B. CARD. NARO PRÆFECTUS.

Loco ✕ sigilli.

Angelus Castaguti secretarius.

(28. *Dubia de confess. sacramentali pro lucranda indulgentia.*

Dubium primum. Per decretum S. congregationis Indulgentiarum datum die 12 Junii 1822; conceditur, confessionem sacramentalem peractam infra hebdomadam ante festivitatem suffragari posse ad indulgentiam lucranda.

1. Quæritur an verba *infra hebdomadam* significant octo dies tantum quæ festivitatem immediate præcedunt; an vero hebdomadam illam totam, et integram, quæ ante festum decurrit, ita ut ex. gr. confessio facta die dominica suffragetur ad lucranda Indulgentiam die Sabbati hebdomadæ sequentis, in quam diem festum incideret, tametsi tunc 13 dies inter confessionem, et festivitatem intercessissent.

2. Quæritur an confessio octavo die ante festivitatem peracta, vi hujus indulti, suffragetur tantum ad unam indulgentiam lucranda, an vero per hanc confessionem aliæ etiam lucriferi possint indulgentiæ, quæ infra prædictum tempus occurrerent, et ad quas lucrandas sacramentalis confessio cæteroquin requireretur.

Dubium secundum. Quæritur an, cum in Bulla, vel Brevi, quo conceditur indulgentia, confessio tanquam conditio *sine qua non* præscribitur, necesse sit ut sacramentalis absolutio pœnitentibus detur ad indulgentiam lucranda.

Sacra congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis præposita respondendum censuit:

Ad dubium primum:

Affirmative quoad primam partem; *negative* quoad secundam.

Ad 2. *Negative* quoad primam; *affirmative* quoad secundam.

Ad dubium secundum: Respondetur:

Negative.

In quorum fidem, etc.

Datum Romæ ex secretaria ejusdem sacre congregationis Indulgentiarum die 15 Decembris 1841.

C. CARD. CASTRACANE PRÆFECTUS.

(29. *Dubia de parvo scapulari, seu habitino.*

Beatissime Pater, Ludovicus de Sambucy, canonicus Parisiensis, et vicarius generalis San-Briocensis, Sanctitatis Vestræ orator humillimus, suppliciter exposulat responsum ad dubia gravis momenti. In Gallia nullus adest conventus hominum ordinis Carmeli, et apparent rari hujus religionis patres; tres tantum noti adsunt in parte meridionali vastissimi regni. Inde molestissima exorta est controversia, quæ magnam animis perturbationem affert paucis abhinc mensibus.

Usque adhuc omnes persuasum habuerant sacerdotem, cui Sanctitas Vestra dederat benedicendi et fidelibus parva scapularia imponendi facultatem, eo ipso inclusam obtinuisse facultatem commutandi unicuique aliquas hujus confraternitatis obligationes commutabiles, vice confessarii Carmelitani omnino deficientis; quidam nunc negant, et huic opinioni palam obsistunt et adversantur; quapropter a Paternitate Vestra quæritur:

1. An sacerdos, qui obtinet, ut supra, facultatem benedicendi ac imponendi scapularia, habeat eo ipso facultatem commutandi obligationes commutabiles confratrum, quando opus est, scilicet cum recursus ad

alterum sit impossibilis, ut hoc commodo fideles non priventur.

2. Si vero sacerdotes Galliæ falsæ innixi suppositioni, commutaverint, absque facultatibus opportunis, obligationes confratrum, supplices nunc adeunt S. V., ut dignetur sanare, ut dicitur, *in radice*, omnes commutationes, et unicuique impertiri facultatem specialem commutandi, si opus sit, obligationes confratrum scapularis. Et Deus, etc.

Sacra congregatio Indulgentiis sacrisque reliquiis præposita, ad præfata dubia respondit:

1. Ad primum. *Negative*; vigore enim obtentæ facultatis benedicendi, ac imponendi scapularia non sequitur quod sacerdos ea quoque gaudeat potestate commutandi obligationes injunctas, nisi expresse enuntietur in rescripto concessionis pro benedictione et impositione scapularium; at vero in una Bisuntina sub die 12 Augusti 1840, ab hac S. congregatione responsum fuit: « Accedente gravi impedimento, non teneri confratres neque ad jejunia, neque ad recitationem Horarum Canonicarum, aut officii B. M. V. neque ad abstinendam diebus Mercurii, et Sabbati. Consulendi tamen fideles, ut hoc in casu se subiciant iudicio docti et prudentis confessarii pro aliqua commutatione impetranda. »

2. Ad secundum, jam provisum fuit in primo: et quatenus opus sit, Sanctissimus Dominus Noster Gregorius Papa XVI sanavit quemcumque defectum huc usque incursum circa obligationum commutationem, dummodo tamen sacerdotes bona se gesserint fide.

In quorum fidem, etc.

Datum Romæ ex secretaria ejusdem S. congregationis Indulgentiarum die 22 Junii 1842.

C. CARD. CASTRACANE, PRÆFECTUS.

A. Can. Princivalli, substitutus.

(30. *Indulg. pro recitatione precum vulgo sette allegrezze, etc.*

DECRETUM URBS ET ORBIS.

Ex Audientia Sanctissimi.

Enixis porrectis precibus Sanctissimo Domino Nostro Papæ Pio IX a pluribus Romani

INFERNUS.

(Vide APPEND. in fine post Decret. Sacrarum Congreg.)

INSIGNIS.

COLLEGIATA NON INSIGNIS.

Monitum editorum Casinensium.

Cam nondum ab Urbe habuerimus S. C. Concil. Responsum, super dubio de quo in addit. nostris sub hac v. sermo est (*vide ibi*), omnes quorum interest monemus, cum pri-

INTERDICTUM.

SACRÆ CONGREGATIONIS CONCILII DECRETUM.

Interdictum ob eccles. refectionem neglectam.

Episcopus Firmanus ecclesiam S. Mariæ de Puteo oppidi S. Martini interdixit, decre-

cleri sacerdotibus, ut obsequia quibus sanctus Joseph, Genitricis Dei sponsus, ad ejus implorandum patrocinium, a fidelibus colitur vulgo *Le sette allegrezze ed i sette dolori*, etc., majori indulgentiarum lucro ad spirituales Christifidelium utilitatem decorarentur; præsertim pro iis, qui septem continentibus diebus Dominicis quocumque anni tempore præfatas preces recitarent, cum huc usque a san. mem. Gregorio XVI indulgentia tercentum dierum tantum in unaquaque ex prædictis Dominicis, plenaria vero in ultima dumtaxat fuisset elargita, prout ex decreto sacre hujus congregationis diei 22 Januarii 1836 patet; Sanctitas Sua, referente me infrascripto ejusdem S. congregationis secretario, in Audientia diei Februarii indulsit ut, firmis remanentibus concessionibus enuntiatas, omnes utriusque sexus Christifideles indulgentiam plenariam in singulis præmemoratis continentibus Dominicis quocumque anni tempore ad libitum eligendis lucrari possint et valeant; ea tamen apposita conditione, ut in unaquaque Dominica, præmissa prædictarum precum recitatione, vere pœnitentes, confessi, ac S. Eucharistia refecti, aliquam ecclesiam seu publicum oratorium visitent, et ibi per aliquod temporis, juxta mentem Sanctitatis suæ, pias ad Deum preces effundant; facta insuper potestate easdem plenarias indulgentias animabus in purgatorio detentis applicandi. Iis vero Christifidelibus prædicta obsequia recitare nescientibus, ac iis in locis ubi publice non peraguntur, Eadem Sanctitas Sua iisdem supplicantibus oratoribus, in audientia diei 22 Martii, supraenuntiatis indulgentias pari benignitate concessit, dummodo, sola precum recitatione ommissa, cæteris tamen injunctis operibus adimpletis, septem tantum *Pater, Ave, et Gloria* in unaquaque ex prædictis septem Dominicis devote recitent. Præsenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romæ ex secretaria S. congregationis Indulgentiarum die 22 Martii 1847.

Loco ✕ sigilli.

C. CARD. ACTON PRÆFECTUS.

Jacobus Gallo secretarius.

num Responsum illud acceperimus, statim transmissuros ad eosdem in dimidic folio separatim, quo proprio loco in hoc quarto tomo inseratur, et ita tamen ut fasciuli qui tunc temporis publicandus erit partem faciat.

vitque munerum parochialium translationem ad ecclesiam S. Joannis, donec reficeretur. Populus reclamavit, ac præsertim Antonius Piroli, qui actionem popularem sibi competere putabat, ut episcopo contradiceret. Aie-